





1740.

1. Edwards, Johans Hieronymus: De fide librorum mercatoriorum.
2. Guering, Franc. Antonius: De viis intra corpus assumpti usus et noxa.

1741.

1. Linckius, Terentius Theobaldus: De incubitabilibus materia.

1742. 2. Linckius, Terentius Theobaldus: De peloniae specie, quam consuetudines feudales cucurbitilionem appellant.

1742.

1. ~~Faust, Joh. Paulus: De recusatibus juribus respectu~~  
~~to juramento pretervirescentiae~~  
Schroeter, Jo. Georgius: De usu remedii legis fidei.  
Cod. de Edicto Divi Maximiani tollendo praecipue  
in causis feudatibus et illustribus.

1745

1. Faust, Joh. Samuel: De recusatione iudicis suspecti ac iuramento perhorrescentiae

1746.

1. Wiegandus, Thomas: De heredum scribendorum ratione.

1748

1. Lorenz, Joh. Michael: De successione in Illustrissima feuda trium regnorum, Franciae, Germaniae, Italiae.
2. Littenarius, Thamus Martinus: Vindiciae historico-juridicae juris Romani et Teutonici in Germania contra reformationem de a. 1747. Fidesse III Imperatori subscripti solitum:

1752.

1. Bach, Joh. Trappus Antonius: De feudo ab uno domo venditio nem non amittendo.
2. Coimboux, Petrus Philippus Georg Antonius de: De jure advocatiae seu protectionis

1750

3. Feiglerus, Fr. Mathopredus: De limitata Imperatoris  
potestate in concedendis expectativis in fenda  
imperii majores Rec. 1753

4. Keylerus, Fr. Reinhardus: De proba horum ad alterum  
secundum leges Divinas et humanas

5. Manpinal, Joh. Antonius: De jure Prutinae

1752.

1. Schaumes, Fr. Theophilus: De natura et jure  
bonorum censiticorum

1753.

1. Klinglin, Philippus, etc: De aetate legitima  
eligendi regis Romanorum

1756

1. Scheid, Fr. Godefridus: De potestate statuum  
imperii leges in territorio ferendi recessibus imperii  
contrarias II.

2. Liberaud, Joh. Mart: De occupatione rerum immobilium.

1757.

1. Charlen, Joh. Fredericus : De occupatione rerum mus-  
ficarum. Spec. II.

1758.

1. Benuier, Josephus : De collatione bonorum.
2. Rebanier, F. Mauricus : De rapta virginum.

1110 -







EIDEN ... RVM

IN DECRETIS ET AUCTORITATE  
MAGNIFICI ET AMPLISSIMI

UNIVERSITATE

PRO LICENTIA

SYNDICI IN UTROQUE JURE HONORIS  
AC PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE  
CONSEQUENDI.

KONRAD  
UNIVERS  
ZURICH





103/

5/

B. E. D.  
DISSERTATIO JURIDICA,  
PENSVM II.

1741, 1

DE  
CVCVRBINATIONIS  
MATERIA,  
CONTINENS

3

QVAM  
PRÆSIDE

DN. JEREMIA EBERHARDO  
LINCKIO,


J. U. D. JUR. PUBL. ET PAND. P. P. O.  
ET CAP. THOM. DECANO,

SOLENNI CENSVRÆ SVBJICIET

AD DIEM *S. MARTII* MDCCXLI. *Julij*

FRANCISCVS JOSEHPVS  
JACOBVS FISCHER,

ARLESHEIMENSIS, ex Episcopatu Basileensi.




ARGENTORATI,

Typis, MELCHIORIS PAVSCHINGERI, Typogr,



DEO,  
PATRIÆ,  
PARENTIBVS,  
PATRONIS,  
atque  
AMICIS.



PENSUM II.  
DE CVCVRBINATIONIS  
MATERIA.

THES. I.

**D**elictum est in priori penso, quod Vafallus cum Domini uxore aut filia concubitum ignoranter commissum, postea rei gnarus, propalans, feudo à Domino privari possit. Propalando enim delictum injuriam Domino illatam approbat, & sic contra fidelitatis legem per hoc ipsum atroci injuria Domini honorem dilacerat, 2. F. 6. & 7.

THES. II.

Quod, si ex inani jaectantia falso adulterum & compressorem dominae se gerat, eo fine, ut se talem ab aliis existimari cupiat, quem mulieres sponte in cassides suas pelliciant, poenam feudalem tamen non evitabit Vafallus; quia talis diffamatio nihilominus gravissima est, & cum maxima mulierum

rum (& Domini) injuria conjuncta, uti pluribus illud demonstrat CARPZOV. *Pr. Cr.* 2. 96. n. 42. *seqq.* Si objicias, Feudistas veram, non imaginariam duntaxat compressionem, aut actum alium impudicum requirere in *textibus* huc spectantibus; Respondemus concedendo, tum quidem non tanquam cucurbitatorem Domini puniri posse; attamen tanquam Domini diffamatorem feudi amissione mulctari; Qui enim Uxorem Domini tanquam a se adulteratam traduxit, is Dominum per consequentiam, ut cucurbitam, vult aspici, quod est contra 2. F. 6. *verb. vel de aliis causis, qua ad honestatem ejus pertinere videntur.* & 2. F. 7. *verb. vel injuriam vel contumeliam junct.* 2. F. 57. Non enim saltem directe quis & immediate injuria affici potest, sed etiam indirecte & mediate, & hoc modo inprimis maritus per uxorem suam, §. 2. I. *de injur.*

THES. III.

Vasalli etiam à Cucurbitationis imputatione liberabuntur, quibus una ex personis recensitis in 1. F. 5. *Philtrum* sive poculum amatorium propinaverit, quo mens ipsis a sede ita submota fuerit, ut quid agant, ipsi discernere nequeant, sed in furorem acti quasi cælo terram misceant; *arg. LL. in priori Diss. allegatarum.* Præter hos & furiosos, & ignorantes & infantes, etiam Noctambulones, Ebrii, alique dementes excusabuntur.

THES.

THES. IV.

Videamus jam personas, in quas *Cucurbitationis* delictum committi possit. Plane in personam Domini non tantum immediate & directe delinquitur, sed etiam mediate & per consequentiam; si videlicet in personas potestati ipsius vel affectui conjunctas similem feoditatem vasallus committat, *arg. §. 2. l. de Injur. & l. 1. §. 3. ff. eod.* Ad prius pertinet; si vasallus Dominum ipsum proprie cucurbitaverit, h. e. cum uxore ejus concubuerit, *c. quia supra. vers. item si fidelis 1. F. 5. & c. sancimus. §. fin. 1. F. 21.* Hoc non saltem locum habet, si adulterium cum Domini uxore re ipsa perfecerit; quod ipsum viro bono acerbius ipsa morte esse solet, *l. 8. §. pen. de eo quod met. caus.* Sed & si concumbere se saltem exercuerit, i. e. ut quidam explicant, tentaverit *d. c. un. 1. F. 5.* Non quod in omni graviore crimine ceptum pro completo habeatur, *arg. l. 5. C. ad L. Jul. Maj.* uti communiter Dd. sentiunt, praxi tamen refragante; sed quod, cum in hoc puncto feudali non tam scelus ipsum, quam contumelia inde in Dominum redundans consideretur, ipsa attentatio pudicitiae, uti vocatur in *l. 10. de Injur.* pro perfecto crimine habeatur, *arg. l. 9. §. 4. d. t. vel si turpiter eum ea luserit, d. t.* id est, si manum in sinum miserit, femora, mammillas, vel alium locum pudori & castitati sacratum, ideoque non tangendum, contrectaverit, quomodo post *Hottmannum* ex legibus Longobardicis, lusum istum, ut inhonestum

nestum, interpretantur, SCHRAD. *de feud.* p. 9. c. 2. n. 72. & seqq. ROSENTH. *Syn. Feud.* c. 10. concl. 28. n. 1. & seqq. SCHULTZ. *Syn. Feud.* c. IX. n. 29. Affine huic, quod J. Civ. traditur, mulierem, extraneorum Virorum, ignorante vel nolente marito, convivia appetentem; aut sine justa causa foris pernoctantem, l. 8. §. 3. C. *de repud.* vel commune lavacrum cum viris libidinis causa habere ausam, tanquam adulteram dotem perdere l. 11. §. 2. d. 2.

THES. V.

Ad turpem lusum etiam trahas *Osculationem*, juxta MENOCH. 2. *cas.* 267. n. 3. BORCHOLT. c. 8. n. 98. non tamen intelligas quamcunque; Apud quasdam enim gentes, uti in Gallia, oscula & advenientes & discedentes masculi foeminis figunt honoris causa; & apud primos Christianos fraternae charitatis & Christiani amoris indicium & praes erant; quin etiam plurium locorum consuetudine receptum, alienas mulieres, non saltem in salutationibus sed et conviviis & choreis, vel lusibus jocosis osculari: Consuetudo autem ab omni poena praepriis gravi liberat, *arg. l. 35. l. 38. de LL.* Porro ipsa osculorum genera tria sunt, juxta Donatum *ad Terent. Eunuch. act. 3. scen. 2.* Scilicet *Oscula* in specie ita dicta, *officiorum*, *Basia pudicorum affectuum*, & *suavi a libidinum & amorum.* Hinc non nisi de impuris suaviationibus, veneris praeparatoriis, ac libidinos



sis oculis necessario jus feudale accipi potest, juxta  
 SCHULTZ. S. F. C. XI. n. 29. SCHRAD. part. 9. c.  
 2. n. 84. junct. 87. cum. seq. aliosque.

THES. VI.

Sed & feudo privatur Vafallus, si de adul-  
 terio duntaxat sollicitaverit Dominam: missis forte  
 literis amatoriis; nunciis (Italis Dd. *Ambassada di-*  
*Etis*) vel si munusculorum allestamentis, aliis-  
 que technis pudicitiam ejus expugnare molitus  
 fuerit, uti SCHULTZ. d. l. ex aliis demonstrat.  
 Non enim necesse est, ut ad aliquem actum,  
 vel tactum corporis pervenerit lusus; vel ut ex  
 turpi lusu adulterinus animus probetur, quia satis  
 superque ludibrio Dominum habuerit Vafallus, qui  
 pudicitiae uxoris ejus quacunque inhonesta ra-  
 tione tendiculas posuit, *arg. l. 10. de injur.* juxta  
 versus vulgares.

*Post visum risus, post risum venit ad usum,*

*Post usum tactus, post tactum venit ad actum.*

THES. VII.

An & colloquia inhonesta, licet sceminas ir-  
 ritare possint, huc spectent, quaeritur; Si ad  
 castitatem uxoris domini devincendam specialiter  
 tendant, non valde abnuerem; pejus certe & pe-  
 riculosius longe est, si per cuniculos & illecebras  
 luxuriosorum verborum ipsam arcem *Venevis*, ani-  
 mam scilicet sceminae invadas, ubi si semel pe-  
 dem tantum posueris, victa non amplius resistet;  
 quam si foede tangas, licet ad feudi privationem  
 hoc

hoc adhuc requirant. Tactus quippe solus transitorius est, licet carnem externe afficiat, non tamen æque hæret, ac irruptio in animum facta. Dicunt quidem illi ipsi Doctores, nisi Vassallus se exercuerit i. e. laboraverit, ut concumbat cum uxore domini, feloniam non esse; quæ autem, sodes, differentia est, sive impudico tactu, sive lascivis locutionibus se exercuerit, sive laboraverit, ut dominæ pudicitiam subverteret; sane finis utrobique obscenus ac turpis est; media ergo proxime eo ducentia pariter erunt illicita, & feæda. Imo, cum textus feudales in hac materia non compressionis confirmatæ tantum, sed generaliter turpis *exercitio- nis & lusus* mentionem injiciant, omnis impudica *conversatio*, aut actus inhonestus & obscenus huc pertinet, modo sub *lusu*, tanquam species sub genere, contineri possit; ne in materia hac, tanquam pœnali & odiosa, ultra quam æquitas finit, limites protendantur, uti MENOCH. fati diferte concludit cum aliis allegatis *d. l.*

THES. VIII.

Quæ de uxore modo dicta sunt, vix dubium habent. Quid autem de *sponsa* Domini sentiendum? Sane & sponsa in rebus honestatem inprimis concernentibus loco uxoris habetur, *arg. l. 13. §. 3. ad L. Jul. de Adult. & l. 7. C. eod. add. l. 4. de fund. dor. l. 5. C. de bon. qua lib.* imo, in legibus quandoque uxor, *in spe* scilicet, vocatur. Præterea injuria sponsæ illata ad contumeliam sponsi seu futuri

futuri mariti spectat. *l. 15. §. 24. de Injur.* adde *l. 13. §. 10. ad l. Jul. de Adult.* Proinde non tantum si Domini sponsam de praesenti corrumpere attenterit, sed etiam eam, quæ de futuro est; feudo Vasallus cader, juxta *ii. modo allegatos*; qui ex opinione multorum Juristarum non nisi de sponsa de futuro loquuntur *arg. l. 1. de Spons.* vid. SCHRAD. *Tr. Feud. P. 9. c. 2. n. 13. inf.* & ROSENTH. *Syn. Feud. C. X. c. 27. n. 12.*

THES. IX.

De *Concubina* Domini stuprata variant Doctores; de *Pellice* tamen, utpote re magis detestanda & invida, minus controvertunt. Quod Concubinatum attinet, licet Jure Civili permissus *ii. ff. de Concup.* cum secundum Nov. 18. conjugium sine dotalium tabularum solemnitate initum sit, nec Jure Decreti in sensu Juris Civilis penitus improbatum sit, *arg. c. 15. qui non habet 4. & c. Christianus 5. Dist. 34.* quia tamen concubina perpetua uxor non est, nec uxoris appellatione venit, *arg. l. 13. §. 6. ad l. Jul. de Adult. & l. 17. pr. ff. rer. amot.* in textibus *feudalibus* vero tantum uxoris suggeritur mentio; feloniam non committere videbitur Vasallus cum concubina Domini turpiter ludens. Accedit, quod apud Christianos hodie concubinatus nomen degeneraverit, dum pro temporali Viri & Mulieris conjunctione sumitur, & sic pro gravissimo peccato & re illicita habetur. Dominus proinde ex eo quod illicite  
B
 agit,

agit, lucrum non consequi, nec turpitudinem allegans audiri debet; quin potius delicta mutuo compenfanda esse videntur. *l. 36. de dol. mal. l. 39. fol. marr.* adde ROSENTH. *c. X. concl. 27. n. 16.*

THES. X.

Sed huic rursus obest, quod filius concubinae Patris se miscens exhæredari possit per *II. c. 3. §. 6.* Ergo etiam Vasallus ob similem rationem feudo privabitur. Verum huic replicari posset, quod causæ exheredationis ad causas privationis feudi indistincte trahi nequeant. Non enim propter omnes causas, ex quibus filius exhæredatur, etiam Vasallus feudo privatur. Deinde dici potest filium hoc in casu propter incestum exhæredari, Vasallum vero stuprum aut fornicationem in Concubina Domini committere; nec prolis confusionem aut sanguinis turbationem hic obstaculo esse posse; cum naturales liberi in feudis non succedant, *c. si de feudo §. naturales 2. F. 26.* nec in familia Patris naturalis existant.

THES. XI.

Quia tamen Concubina non quidem dignatione Uxor, loco tamen uxoris & maritali affectione censetur, *ii. ff. de Concub.* & semi matrimonium in jure est, imo, in domo mariti regulariter commoratur, hic non tam crimen adulterii, vel stupri consideratur, quam injuria Domini.

Domino contra fidem datam inflicta; Hinc non tantum ad Dominae concubinam sed & ad ejus filiam, neptem ex filio, nuptam filio & sororem protrahitur, modo hæ in domo domini degant, 1. F. 5. 2. F. 24. §. *item qui dominum 2. vers. rursus* modo etiam vera & secundum sensum Juris Civilis concubina fuerit. Non enim, uti supra objectum est, gravissimo peccato se immergit Dominus concubinæ juxta sensum Romanum consuescens. Hinc Vasallus solus delinquit hoc in casu in Dominum. Et licet dici posset, Concubinatum talem hodie in Domino directo non admodum probari, tamen Vasallo persona & fama Domini directi semper sancta esse deberet. Itaque uti injustum bellum gerentem adjuvare non tenetur fidelis, non tamen se hostibus ejus aggregare debet, eumque oppugnare; nec si injuste aliquid detineat, Vasallus id ei extorquendi jus habet; Ita licet Dominus concubinam perpetuam tolerante tantum lege habeat, tamen Vasallus eam tangere non debet. Nec concubinæ consortio Dominus in Vasallum delinquit; ideo nec ulla hic compensatio delictorum locum habere, nec furum scelus Domini errore excusare potest. Nec sic turpitudinem suam allegat Dominus, aut lucrum quarit directo, sed jus suum persequitur, reverentiamque suam tueri. Recte itaque, uti filius cum concubina Patris rem habens est exheredatione dignus, sic Vasallus, qui Dominum directum, ut Patrem venerari debet, feudo post simile delictum cum Concubina


Domini commissum privabitur. Verum hæc accipienda sunt, neque enim id satis repeti potest, de vera concubina in consortio perpetuo retenta, nec trahenda ad Pellices, vel ad meretricem vel ad concubinam temporalem.

THES. XII.

Multo magis itaque Vasallus privabitur feudo, si Domini *Uxorem Morganaticam*, quæ cum *Concubina Civili*, ut *conjux impar*, comparari posse videtur, obscène tractasset. Recte autem ZASIVS in *Ep. Feud. p. 10. n. 30.* infert, quoniam damnatur etiam Jure Civili Prælati concubinatus, *l. cum qui C. de Epif. & Cleric.* Vasallum concubinam ejus, tanquam Domini, constuprantem feudo non ejici: quia Feudista de uxore Domini vel quæ ei comparatur, Concubina, sensit. Paria autem sunt uxorem vel concubinam per leges habere non posse & prorsus non habere. Magnum tamen dedecus hoc in casu inferri Prælato, si arguas, id confidenter negamus; *Primo* enim non est directa, *secundo* nec indirecta injuria; Nullum enim hic dedecus per mediam personam, quæ nulla subest, in Dominum resilire potest. Nec honeste Prælatus ex delicto lucrum quarit. Add. ROSENTH. *S. F. C. X. c. 27. n. 17. & seqq.*

T A N T U M.

pro secundo penso.



ULB Halle  
005 039 479

3









5/6

<sup>E. D.</sup>  
IO JURIDICA,  
SVM II. *1741, 1*  
DE

TATIONIS  
TERIA, *3*

NTINENS  
QVAM  
ESIDE


A EBERHARDO  
CKIO,

L. ET PAND. P. P. O.  
THOM. DECANO,  
NSVRÆ SVBJICIET

*MARTII MDCCXLI; Auli*

VS JOSEHPVS  
S FISCHER,

IS, ex Episcopatu Basileensi.



MENTORATI,

RIS PAVSCHINGERI, Typogr,

